



De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manuscriptis Codicibus, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodière

Complectens Sanctos Mensivm Septembris Et Octobris

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10262

Handschriftliche Notiz: De Translatione Beati Felicis Martyris Qvi Cvm
Beato Hilario Martyrizatvs Fvit, Et Qvomodo Translatvs Fvit In Padiborn.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77413)

DE TRANSLATIONE BEATI FELICIS MARTYRIS QVI
CVM BEATO HILARIO MARTYRIZATVS FVIT, ET QVOMODO
TRANSLATVS FVIT IN PADIBORN.

CVM Imperator Conradus secundo anno electionis suae pro imperiali corona suscipienda tenderet Romanam. Ipso autem in Longobardia constituto Wolfgangus patriarcha Aquilegensis ei obviam venit imprecatusque nouo regi prospera; Episcopum quoque padibornensem Meinewercum consanguineum suum in comitatu ipsius inueniens affectuosissime salutauit. Episcopo autem ad constructionem Monasteriorum reliquias sanctorum expetente Patriarcha gratanter annuit, et corpus Sancti Felicis maris, qui sub Diocleciano Imperatore Heronio praeside, cum Hilario Episcopo, et Taciano Diacono post eculeum atque alia tormenta cum Largo et Dionysio martirium consummauit; postmodum misit Monasterium autem quod in occidentali parte padibornensis suburbii Episcopus praefatus inchoauerat pleniter et decenter cum omnibus claustralibus officinis postquam consummasset, ab Imperatore hoc dedicandi et consummandi licentiam petiit: et accepit. Regressusque dedicationi attentione summa cum abundantia praeparari praecipit. Misso autem a Wolfrango patriarcha praefato corpore S. Felicis praetacti maris cum duobus palliis, quinto Nonas Octobris Episcopus in eodem Monasterio cum maxima cleri totiusque populi ciuitatis frequentia illud excepit. Et experiri volens salutis ipsius auxilium si sibi suoque succurrere posset populo, rogam maximum in medio claustri sub dio fieri praecipit. In quem cum tertio corpus sancti Martyris misisset, totiensque in fauillam redactus ignis extinctus fuisset: cum maxima omnium exultatione et laudum iubilatione corpus manibus propriis excipiens super principale altare detulit: et omni ueneratione solennem sanctum illum deinceps haberi instituit.

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF TORONTO
130 St. George Street, Toronto, Ontario, Canada M5S 1A5
PRINTED IN CANADA

[The main body of the page contains several paragraphs of text that are extremely faint and illegible due to the age and quality of the scan. The text appears to be a formal document or letter, possibly containing names and titles.]